contingant. His scillæ seginibus ad oleum, vinum, aut acetum scillinum utimur. Ad rimas pedum, interna pars crude scillæ in oleo feruefacta, aut cum resina liquefacta, imponitur. decocta in aceto de morsis à uipera, cataplasma est. Ad singulas a ssa partes adiectis octonis tosti salis, cochlear unum, aut alterum damus icuinis, ad emolliendam alium: in potu autem, & odoratis medicaminibus, & quibus urinã ciere uolumus, hydropicisq; & stomachicis, quibus innatar cibus, regio morbo, toiminibus, in tussi vetere, suspiriosis, & ore reijcientibus, tres obolos in delinctu ex melle sumplisse satis est. Coquitur cum melle, & estur corundem gratia, maxime vt concoctionem adiuet: strigmenta per alium extrahit. Cocta, & simili sumpta modo, cosidẽ præber effectus: sed cauẽdas scillæ vsus his, qui intestinũ sentiunt vlcus, ad penfiles verrucas, & perniones, tosta efficaciter illinitur. Tritum semen, & in carica, aut melle deuoratum, alium emollit. Scilla tota in limine ianue suspenã, mali medicamenti noxam arcet.

Πανκράτιον.

PANCRA TIUM. CA:P. CLXVIII.

**P**ancreatium, quod aliqui scillam appellant, radice est magni bulbi, subrufo colore, aut subpurpureo, gustu amaro, ac feruente: folijs lilij, sed longioribus. Scillæ, uires & preparationem habet,

Mm 5 eodm

eademque pondere in morbis efficaciter assumitur: cui tamen mitior, quā scilla facultas inest. Radicis succus cum crui farina digeritur in pastillos, qui hypodermis, splenisque cum hydromelite, commodissimè dantur.

Scilla, & Pan-  
cratij conside-  
ratio.

**S**uperioribus annis credidimus, Scillas, quarum in Italia omnibus, nisi medicis, tum seplesariis cōmūnis est usus, legitimes effecit hanc autem opinionem veneram pluribus coniectis ac rationibus fretus. In primis enim Plinium inveneream libro xix. cap. v. Scilla maiorem quā ceteris bulbaceis radicibus amplius reddidisse, quare cum scilicet iudicem ex his Scillis, quibus passim utimur, nonnullas ad tantam magnitudinem cruisse, ut serè caput hominis æquant, non poteram non existimare illas esse veras. Deinde legeram apud Theophrastum libro vi. cap. xi. de plant. hisseam, Scillam prius caslem florescē, gignere, quā folia. Id quod in nostratibus cōmū manifestè prebendatur, mihi quidem non videbatur esse discedendum à vulgari opinione. Adde quod sæpenumero quasdam Scillas vidi parvas, vix paulo maiores, has equidē putchā Pancratium esse: illas verò cōmūnis vsus, Scillas, idque eo magis, quod Dioscorides tribuit Pancratio radicem magno bulbo similem: horum autem radix mediocrius potius, quā eximia crassitudinis consistet. Perim cum postea aliquantū accuratius harum plantarum historiam expendissem, inveni Aloes solum Dioscoridis & Pliny testimonio scilla similitudinem habere. Quod nimirum refragatur Scilla cōmūnis vsus, ut quæ folia serat non aloes, sed lilio proxima: inter que non parva quidem intercedit differentia. Quintianum legi in Theophrasto, & Plinio, quod Scilla floret ter in anno, hoc item quāntum videre potui non evenit nostris vulgaribus Scillis. Sed ne veritati fortasse detrahatur, omnino id affirmo non ausus. Hinc itaque iure quoddam factum est, ut de Scilla non ulterius vulgarem illam tenerim, sed in dubium venierim sententiam, an scilicet Scillæ cōmūnis vsus legitima & sint, & dici mereantur: ut alia reperiantur, quæ folijs alio similibus proueniunt. Ceterum cum adhuc in hac re dubia versarer, à quibusdam medicis Hispanis accepti in Hispania maritima Scillas innuencras oriri nostratibus duplo maiores, folijs aloen emulantibus, sed minus crassis: quæ amaritudine, acrimonia, ac virium præstantia communes nostras Scillas longe utuntur. Tam ergo non dubitauerim (si uerè i) retulerim) afferere prædictas Hispanias Scillas veras esse, nostras verò legitimum esse Pancratium Dioscoridis, huic enim pulchre respondent folia, quæ liliæ sunt, verum longiora. Nec obstat, meo quidem iudicio, quod Dioscorides scripsit, Pancratium radicem esse magno bulbo similem, namque bulbos hoc loco genui, non speciem denotat. Atque adeo hinc fortasse fit, ut Scilla quarum est cōmūnis vsus, non ea præsentificat, quæ legitime pollicentur: quod Pancratium (ut Dioscorides testatur) mitior, quā Scilla facultas infit. Dixi sententiam meam, quamvis sciam non deesse nascitos, qui nostram hanc impugnant sententiam. Atqui mihi magis expedit Dioscoridis, & Pliny nitidissimis iiii testimonij, quæ horum fucatis acquiescere moris. Quidam etatis nostre medicis in cerebri, & neruorum frigidis affectibus, Scillam crudam ab inuolucris repurgatam minutim fecant, & cum melle plurimo in nas utremque coniungunt, insolanique per statem, ardente præsertim srio. Demum percolato melle utuntur ad comitantes, & alias cerebri agriutines, à frigiditate excitatas. Sed alia longe diuersa fuit Galeni ad hos vsus scilla paranda ratio. Quippe qui concisam Scillam nunquam melle commixtam exposuit insolanandam: sed ut ab ea succum solo collectum in diebus canicularibus eximeret, in fistile, vel vitreum uas, in quo primum mel fuisse, postea scillam immittit: deinde tantisper insolat, donec solaribus radijs ipsa liqueceret. Ex quo palam fit, quod plerique à Galeni instituto profors aberrant, ut qui scillinum mel concisam scille liquoris uice. Scilla (ut memoria scriptum reliquit Galenus libro vi. simplicium medicamentorum) admodum incidentem facultatem obinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc cum quissiam fecandi ordinem censet exalfacientium. Præstat autem aut assam, aut elixam suuere: sic enim uirum eius uehementia exoluit. Nomen illi Græcum est σκόλλη, Latinum uero Scilla, Arabicum, Haisell, Haisel, Haisel, Haisel, seu Alaschil-Italicum, Silla: Germanicum, Meer Zübel: Hispanicum, Cebolla albatrana: Gallicum, Stipoules Charpenaire, & Oignon marin.

Scilla præpa-  
ratio.

Scilla uires  
ex Gal.

Nomina:

Κάρραρις.

C APPARIS.

C A P. CLXIX.


**C**Apparis aculeatus frutex est, qui in terra stratus magis in orbem euagatur. Spinus, ut rubus, habet in hami modum aduncas: folia mali cotoneæ, rotunda: fructum oleæ similem, qui cum dehiscentis panditur, florem candidum promit: quo excusso, non nihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis puniceorum similia ostendit, parua, rubicunda: radices lignosæ spargit, græ des numerosasque. Tenui plerumque solo, aspersis quoque locis in insulis, & iuxta rudera nascitur. Caulis, & fructus, cibi gratia condiuntur. alium turbat, stomacho aduersatur, sitim gignit: coctâ tamen stomacho, quam cruda utilior est. Fructus drachmis duobus in uino potus, quadraginta diebus, lienem absumit, & urinam, cruentumque excrementum emittit: bibitur utilissimè in coxarum doloribus, & neruorum resolutione, item ruptis, & conuulsis: mensis ciet, caput purgat. Dentium dolor sedat: semen ex aceto decoctum, colluto inde ore. Aridus radicis cortex ad eodem proficit: ulcera omnia uetera, & tordida, & quæ occalluerunt, expurgat: licniosis cum farina hordci illinitur: dente demoria, dolori eius auxiliatur: cum aceto trita, uti ligines albas absterget. Radix, foliaque intrita, strumas, ac duritias dicitur. Aurium vermiculos in infusus succus cneat. A phrica, & præsertim Marmarica cap paris, uehementer inflat. Apula uomitus facit, & quæ à Lybico, & quæ Rubro mari deferunt, mirum in modum acris est: siquidem in ore pustulas excitat, gingiuasque esse tenus exeft. quare in cibis non ab re damnatur.

Capparium  
condid.

Capparium fa-  
tio.

**C**Apparis frutex est in Italia vulgaris satis notitiæ. Floribus enim, & fructibus miria asseruatis frequentissimè in cibis utitur. Ex his suauiores, & qui cum palato maiorem incant gratiam, sunt recentes acerrimo asseruati aceto, quod plerique faciunt in Hetruria. Præstantissima cappares ex Alexandria Aegypti Venetias aduehuntur. Est & in Apulia capparium proueniens, unde etiam plurimè deferuntur, verum longe deterioris his quæ ex Aegypto importantur. Vomitiones cappares haudquaquam cient, ut Dioscorides inquit: nisi fortasse hac facultate sint præditæ, dum recentes, ac uirides comeduntur, anteaquam miriam experiantur, & inde elixentur. Proueniunt etiam Romæ in collapsis aedificiorum parietibus, ruderibusque, præsertim circa Pacis templum, itemq; Senis, qui quidem Apulis saporis præstantia minime cedunt. In culis nasci cappares negat Theophrastus libro vi. cap. v. de plantarum historia. Seruuntur tamen hæc ætate, colunturque perinde ac segetes, & legumina, quemadmodum & Pliny tempore, qui serendi rationem libro XIX. cap. vi. his uerbis explicauit. Quippe cum capparis quoque seratur, sicis maxime, area in desossu canata, ri-

## CAPPARIS.



piſque vñdique circumſtrictis Lapide, aliàs euagatur per agros, & cogit ſolum ſterileſcere. Floret æſtate. uiret vſque ad  
*Vergiliarum occaſum.* Sabuloſis familiariffimum. Capparis vires reddidit Galenus libro vii i. ſimplicium medicamen-  
 torum, ſic inquit. Capparis radicis cortex uiuentem habet qualitatem amaram, proximam, acrem, deinde acerbam.  
 Ex quo liquet, quòd diuerſis, pugnantibusque conſtet facultatibus, quippe abſtergere, purgare, incidere poteſt amaritudi-  
 ne: excaſcere, incidere, digerere acrimonia: porò contrahere, denſare, conſtringere acerbitate. Idcirco lienes in-  
 duratos, ſi quid aliud, hoc medicamentum iuuare ualet, tum forſidoneis illiendis remedijs admiſtum, cum intrò in cor-  
 pus aſſumptum: ſue decoctum in aceto, aut oxymelite, & id genus, ſue aridum contuſum, illiſque permiſtum. Quippe  
 cum aptè craſſos, lentosque humores hoc pacto ſumptum euacuet, nec eos tantum per urinas: ſed & per uentrem: ſiſpe  
 etiam ſanguinolentos deſert, unde & lienes adiuui ſunt, & coxarum dolores. Quinetiam meſes promouet, & ex capi-  
 te purgat, detrahique, auxiliaturque ruptis, atque conuulſis. Ceterum cuienam ipſum potioni in quoque aſſectum mi-  
 ſceri conueniat, non eſt præſentis inſtituti perſequi. Porò radicis eius cortex vteribus malignis catapla inatis modo im-  
 poſitus, non malum eſt remedium, ut quilla extergere valeat, ne ſegniter deſiccet. Præterea dentium labores præ-  
 dictarum qualitatum ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum uino, ſape etiam ſolus dentibus mauiſus, ac  
 morſus. Ex diſtis ergo clarum eſt, incidendi quandam ei facultatem in eſſe, utenq; extergendi, digerendi, contrahendi.  
 Vitilignes ſiquidem cum aceto detrahut, & charadas, & duros tumores digerit, idoneis ad ea medicamentis miſtus. R. adi-

Capparis ui-  
res ex Gal.

eis corticis, fructus proportione virium respondet, nisi quod ad omnia sit inbecillior. Imò & folijs, & caules eius, similem vim obtinent. meningi, ne folijs quandoq; paucis diebus duritiem eboracis naturam referentem discussisse. Sed aîmîscenus scilicet illis quippiam, quod corum virum obtundat vehementiam. Nec mirum est, quòd aurium vermes succis amaritate occidat sua. Porro capparis, quæ in admodum feruentibus regionibus provenit, ut quam fert Arabia, multò est nostrate acrior, adeò ut plurimum etiam habeat facultatis adurentis. Et lib. 11. de aliment. facult. sic de Cappare scribit. In Cypro Capparis plurima provenit. Facultas eius tenuiorem admodum est partium: proinde minimum alimenti in corpus corum, qui ipsa vescuntur, distribuit, quemadmodum & alia omnia, quæ tenuibus constant partibus. Vtior autem fructus huius plantæ magis, ut medicamento, quàm ut alimento. Importatur ad nos etiam sale conspersus, quia solus asseruatus putrescit. Clarum ergo est, quòd capparis adhuc visidus, antequam sale conditur, plus habet nutrimenti: nã ex salutura permultum eius amittit, nisi, sal ablatur, & rosus band quicquam nutrit: alium tamen subducat. Verùm ablutus, & demaceratus, donec omnem salis naturam exuat, ut minimi sanè alimenti cibus est, ita obsonium, & medicamentum, cum ad excitandum prostratum appetitum, tum ad derivandam, deiciendamq; pituitam ventri adhaerentem accommodatum erit, ac deniq; ad lenis, iecorisq; amolendas obstructions. Verùm in hos usus cum oxymelite, aut oxelæo ante alias omnes dapes sumi oportet. Tenellis porò capparis germinibus homines, ut terebinthi turionibus, vescuntur: cumq; adhuc virent in oxalme, & aceto, non secus atq; hos, reponunt. Planta, quæ καρωατὸν Græcè, Capparis similiter Latine dicitur: Arabice, Cappar & Kappar: Italicè, Capparo: Germanicè, kappren: Hispanicè, Alcaparras: Gallicè, Capprez.

Nomina.

## IBERIS, SIVE LEPIDIVM.



Aenidiv.

LEPIDIVM. CAP. CLXX.

**L**epidium, aliqui gingidium vocant, herbula vulgò nota. muria cum lacte sevuatur. Vis foliorum acris, & exulcerans. quapropter ichiadicis trita, præsentissimum est auxilium. si cum helenij radice, quarta parte horæ. illinatur: lienosis simili modo prodest: lepras eximit. Radix appentâ collo, dolore dentium liberare existimatur.

**C**um satis superq; à nobis ostensum sit, in primi libri calce, in Iberidis commentatione, ibidem nihil à Lepido differre, superuacaneum esset, hic ea repetere, quæ ad Lepidij historiam explicandam loco citato diffusius adduximus. Si quidem eò quisq; facile accedere potest, qui ea, quæ ibi diximus, scire desiderat. Verum tamen illud silentio non inuoluendum duxi, quod Plinius in Lepidij historia profusus à Dioscoride dissentire deprehenditur. Quippe qui scripsit libro XXI. cap. VII. Lepidium cubitali longitudine assurgere, folijs Laurinis, non autem nasturtij, ut Dioscorides inquit. Quod sane nobis insinuare videtur, Plinij Lepidium eam esse Iberidis speciem, quam scribit Paulus lib. I. de coxendicium dolore agens, folijs lauri proferre. Hæc enim (ut libro superiore diximus) ea facile fuerit, quam vulgus herbariorum ideo Piperitum nomi-

Lepidij con-  
dicatio.Lepidium  
Plinij.

## LEPIDIVM PIPERITIS.



Lapfus Hermolai, Manardi, & Ruellij.

Nomina.

nat, quod acerrimo gustu linguam mirum in modum uellicet. Ceterum non possum non admirari, quod tam facile crediderint Hermolai, Manardi, ac Ruellius illos secutus, Lepidium eam plantam esse, quae vulgò in Italia appellatur Raphano. Nam cum hæc folijs sit helenio paulò minoribus, & verbasco maioribus, nullo pacto Dioscoridis Lepidium referre potest, ut quod tenuis admodum sit herba. Nec item Plinio ad stipulari videntur, qui Lepidium prodidit laurinis folijs exire in cubitalem altitudinem: nisi fortasse ij clarissimi viri nostratem Piperitum, quæ procul dubio Plinianum refert Lepidium, Raphanum uocauerint. Quod ueritè Græci, Lepidium quoque Latini uocant: Mauritani, Seitavagi, Hausab, Ascetaragi, seu Sibaregi: Itali, Lepidio: Germani, Cauchbluon, & Vilder Krefz: Galli, Passtraige, & Nasitort sauage.

Βαρβάχιν.


A A N V N C V L V S. CAP: CLXXI.

10

Complura Ranunculi genera. vis tamen omnibus vna, acris, & vehementer exulcerans. Nam vnum coriandri folijs constat, latioribus, subalbidis, pinguibus: flore luteo, interdum purpureo: caule gracili, cubitum alto: radice alba, exigua, amaraque, multis capillamentis, hellebori modo, fibrata. nascitur in limitibus humidis. † Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorum incitu-

a Meum. m. pa. p. i. iuxta fluita. † Orib. z. r. r. d. e. r. e. p. o. y. i. geniculatus.

R A N V N C V L V S I.





ris, plurimum in Sardinia proueniens, quàm acerrimum, quod syluestre apium appellant. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile, flore lacteo. Folia, flores, & cauliculi recentes, illitu exulcrant, & crustas non sine dolore gignunt. quare vngues scabros extricant, scabiem eximunt, signiata delent: formicantes verrucas, & pensiles, alopeciasque paulisper illita tollit: Tepente decocto perniciosis fouentur. Sicca radix, tritaque sternutamenta ciet, naribus admoda: dentium dolorem appenſa leuat, ipsos tamen frangit.


**R**anunculum, qui Græcis *Καράμιν* dicitur, vulgus herbariorum in Italia, & alibi etiam *Tedem corui*, & *Pedem galis* quatuor reperam, uocant, ut superius quoque in coronopi mentione diximus. Planta est vulgò nota, pluribus tamen, & diuersis generibus distincta. Et quatuor tantum generum meminere Dioscoridis; nos tamen & quin-

Ranunculi  
confidet.

RANUNCVLVS II.




## DRANVNCVLVS III.



tum, & sextum genus sapissimè vidimus. Ex his, quorum particulatim non fecit mentionem Dioscorides, unum genus est, quod nobis quinto loco assignabitur, quod quidem folijs primo proximis prouenit, sed cui inter complures, quibus nititur, ita dices, tuberosa quædam pendeat radix nucis iuglandis magnitudine, rari modo albicans, & exulcerans, qua per hyemem, arefcentibus iam folijs, vitantur quidam, ubi exulcerandi sit opus. Illud porrò genus lanuginosius, uel ut Plinius ait, foliosius copiosissimum in Sardinia nascens pluribus foliorum incisuris, altiore caule, acerrimo gustu, pleuiq; ideo Apium risus nominant, quòd quibusdam memorie proditum sit, eos tanquam præ letitia videntes interire, qui ipsam comederint. Sed rem se aliter habere crediderim, & alyis potius ad stipulandum esse. Siquidem Pausanias auctor est, herbam hanc, si edulio fuerit, uescentibus nervos contrahere, ritusq; ora diducere, ita ut qui mortem oppetunt, uelut videntium facie intereant. Quod & Salustius confirmat, qui huius uenenatae herbe meminit, sic inquit. In Sardinia a quædam herba nascitur, quæ Sar-  
doæ dicitur, agreffi apio similis. Hæc ora hominum, & ritus dolore contrahit, & quasi videntes interimit. Idcoq; Dioscori-  
des

## ANEMONE IIII.




des lib. vi. Sardoniam ranunculi genus esse testatur, quae vescentibus mentem adimat, & quadam nervorum distensione debescere in rictus ora cogat, ita ut imaginem videntium prebeat. Ob id Sardonius risus in adagium cecit. Ceterum quam magno in errore uersentur, qui existimant Ranunculum esse Coronopum, superius in Coronopi commentatione latius explicauimus. Ranunculi meminit Galenus lib. vi. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit. Ratrachium, id est, Ranunculus, quatuor habet speciatim differentias. Omnia uero uehementer acrem facultatem possident, adeo ut cum dolore exulcerent. Hac itaque ratione, si moderatè utare, psoras, & lepras excoriant, & vngues leprosos diuellunt, adeo ut cum dolore sinu, & acrochordonas, & myrmecias detrahant. Quin & alopecias inuadunt, paucò tempore adnota. Nam si diutius inhaereant, non excoriatu solùm ipsa cutis; sed & in crustam uritur. Atque igitur haec omnia caui: & solorum tantò operati, si imponas uirentia. Porro radix arefaciã sternutatorium est medicamentum similitè alijs omnibus, quae valenter desiccant.

Quorundam  
etiam.

Ranunculi  
et Gal.

## RANUNCVLVS V.



Nemina.


Sed & dentium dolores inuat, ut & frangat eos ualenti scilicet exiccatione. & ut semel dicam, calida, & sicca ualde est tum radix, non vniversa adeo herba. Βαρβαρως ita Græcis, Latinis uero Ranunculus appellatur: Italis, Ranuncolo, & Piccorano: Germanis, Hamen suosz: Hispanis, Hierua belida: Gallis, Bacins.

10

ANEMONE




## ANEMONE II.



ta radix piruitam trahit. decocta in passo, & illita, medetur oculorum inflammationibus: sic atrices corroborandi, & hebetudines emendat: sordida uicera abstergit. Folia, & caules, si cum pitana decocti edantur, copiam lactis præbent: menstrua ciunt, uellere apposita: illita quoque lepras eximunt. Sunt qui errore ducti argemone nomen eupatorium putent: quoniam à syluestri Anemone, argemone, & papauer, quod rhœada appellât (de quo inter papaueris genera referemus) propter colorum cognationem in floribus distinguere non possunt. Verum papauer, & argemone colore minus saturato spectantur, & utraque tardius floret. Quinetiam argemone crocum succum, gustu admodum acrem reddit: rhœas uerò candidiorem, & acrem. Insuper anemone, & rhœadi capitula syluestris papaueris similia insunt, sed in anemone supernè crassiusculum: in rhœade subangustius. Anemones genera succum remittunt, nec calyces habent, sed quasi alparagi cacumen. In aruis illa sapius enalcuntur.


• Ota ex em.  
δρα το πόνος  
δαν δμαρτο  
ραυικυ. i. ob  
florum purpu  
reum simile  
colorem.

## ANEMONE III.



**A** Nemonis nos quinque; obseruauimus genera: Primum folio prouenit coriandro simili, sed frequentibus incisuris, Anemones  
caulis lanuginosis, tenuibus, striatis, in quibus tenuiora per interualla sunt folia, floribus hylacis papaueris ma-  
gnitudine, semis circum distinctis folijs, purpurascens, capitulo umbilicotenens emergente, nigro colore, nigrisq; capil-  
lamenti stipato, perinde ac in papauere. Radix illi oleae magnitudine, subrotunda, fibrataq; , & sapore acri. Secundum  
folijs assurgit maioribus, & frequentius laciniatis, cynoctoni Aconiti modo, caulibus alteri similibus, sed aliquantis  
crassioribus inanis, & in rectorum spectantibus, quibus flores insunt, diluiores purpura nitescens, Capitulo circum-  
quaque comato; perinde ac alterum. Radicem habet breuem, rapunculi fere figura, fibris adnatis multis, acri etiam g.  
III. TERTIUM folijs crescit Ranunculo primo annis, caulibus tenuibus, sequispalmaribus, rotundis, in quorum ca-  
pimine flores exeunt albi, quinque tantum folijs distincti, rosarum magnitudine, & nonnunquam tenui quadam purpura  
10 respersi, inferiore praesertim sede. Radicem habet fibratam ac tenuem: Nasuntur in collibus. Habentur quoque Anema-  
ni

## A. N E M O N E . I I I I .



nis genera alia duo, quorum hic quoque imagines damus, folijs laciniatis, & floribus in altero purpureis, in altero aureis.  
 Omnia genera Maio mense florent. Non desunt tamen, qui credant, Anemonem, & fyluestris papauer idem esse: si minus,  
 saltem eiusdem esse generis. Sed h, mea quidem sententia, falluntur, & prorsus aberrant à Dioscoridis proposito. Quando-  
 quidem si hoc idem sensisset Dioscorides, alterum ab altero diuersis capitibus non distinxisset, neque, ut legitur in huius capi-  
 tis calce, differre Anemonem à fyluestri papauere tradidisset. Tameñsi existimet Brasauolus, Dioscoridis Anemonem id  
 omnino esse fyluestris papaueris genus, quod flore prodit ceteris rubentioro: minime animaduertens, quòd si huius cauliculi  
 frangatur, statim lac ipsam distillant. Quin nec illud quidem animaduertisse uidetur, quòd hoc longa conset radice, non au-  
 tem oliua modo rotunda: capitulumque ferat papaueris, non a paragorum cacuminibus simile. Fuchsius præterea in eo  
 libello, in quo tantùm stirpium imagines exprefit, Anemonem purpureæ loco, illam depingit herbam, qua plerique PVLSA-  
 TILLA cognominatur, est nullam, quantum equidem sentio, habeat cum Anemone cognationem. illa namq; cum primùm  
 erumpit,


Brasauoli er-  
tor.

Fuch. lapsus.

Pulsatilla hi-  
storia.



## ANEMONE V.



erumpit, folia mixta admodum hirsuta, minutimq; laciniata, quæ sapore sunt perquam acri, adeo ut non minus exulcerent, quam ranunculus, & stammula vulgò dicta. Flos, qui in stelle modum, similiter hirsutus, inente vere dehijcit, anteaquam folia erumpant, nigricanti splendet purpura: è cuius medio quidam aurei flosculi emicant eos admodum emulantes, qui rosis innascuntur: in quorum umbilico floccus quidam purpureus visitur, sericinum referens opus. Exteriori verò parte in ipso caulis cacumine circa floris basim, villosus alter circumquaq; se pandit floccus, colore cinereo, sericino flammis mollitia, ac laevore minime cedens. Semen capilloso, incanoq; capitulo, iuglandis ferè magnitudine, continetur. Radix illi sub: tali longitudine, exesa, nigri chamæleonis modo: cui sapor quidem subdulcis, non autem acris, veluti folijs, & caulibus. Sunt qui hanc miris laudibus efferant contra pestilentiam, & ad hausta venena, itemq; contra omnium venenosorum tum morus tum icthas: quomobrem in antidotis additur. Scribit Ruellius Anemonem in Gallia copiosam nasci, eamque esse plantam, quam herbarij Herbam venti vocant. Verùm si herba venti belxine fuerit, vel foliido minor, ut Simon Lanvensis interpretatur, aberasse Ruellius manifestè deprehenditur: sin aliter, quid dicam nescio, cum me omnino lateat, quid Ruellius per herbam venti intelligere voluerit. Meminit Anemones Galenus libro. vi. simplicium medicamentorum, ubi ita scribit.



Nomina.

*Anemone omnes acrem, extergendi, attrahendi, & ora usorum referendi facultatem obtinent. Itaq; radix commansa pituitam euocat: & succos ex naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida ulcerum anemone expurgant, & lepras detrahunt, mensesq; apposite eliciunt, & lac trahunt. Vt Græcis ἀνεμώνη, ita Latinis pariter & Italis, Anemone uocatur: Arabibus, Iackaik alnahamen, seu Sakaik anbeamen.*

Αργεμόνη.

ARGEMONE.

CAP. CLXXIII.

**A**rgemone in totum syluestri papaueri similis est. Folia habet anemones, diuisa: florem puniceū, caput in cauliculo papaueris rhexa dis oblongius, & summis partibus latum: radicem rotundam: succum croci colore, acrem dimittit. Argema, & nubeculas expurgat. Folia illitu inflammationes compellunt.

Argemones  
consideratio.

**E**xstant nonnulli Dioscoridis codices, in quibus duo Argemones genera diuersis capitibus leguntur, nonnulli uero hoc tantum habent, quod nos legitimum esse credimus, non dissentientes à compluribus doctissimis uiris, qui alterum huc il-  
legitimè

legitimè accessisse censent: præsertim cum Galenus, & Paulus illius nusquam meminerint. Veruntamen, ut satisfactum omnibus sit, alterius quoque Argemone bisloriam hic adijciendam duximus, quæ sic habet. Argemone altera folijs sylvestri papaveri similis est. Vis ei inest, si recens trita imponatur, intercisiones sanare, & oculorum inflammationes mitigare. Potâ cum aqua dysentericis auxiliatur, vulnera conglutinat, & inflammationibus utilis est. Consulsi, & uellicantibus inposita medetur: contra serpentium morsus utiliter cum uino bibitur. Legitimam argemone & si antea in valle Anania nasci putabamus, sit tamen nunc ut notis ipsius diligentius consideratis, plura in ea planta desiderari animaduertam, quæ legitimæ argemone insunt. Quare eius imaginem hic ponere non libuit. Genuinam ego hæcenus consequi non potui. Sed Tili. lib. xxv. c. v. 111. Argemones tria fieri genera memorat, idq; demum probari, cuius radix thus redoleat: Quamobrem in maximo errore fuisse deprehenduntur veteres nostri tum medici, tum seplasiarij, quod Eupatorium Argemones uice acceperint, suo Agrimonia nomine, de qua libro quarto suo loco, Deo duce, latius differemus. Argemones ures sanè quàm paucis perscrinavit Galenus libro vi. simplicium medicamentorum, sic inquit. Et huius herbe facultas absterforia est, & digerens. Ea quæ Græcè ἀργεμόνη, Argemone item Latine, atque Italicè dicitur.

Caput Argemone: a Jolterinum.

Veterum uos: strou etior

Argemone ures ex Gal.

Nomina.

ANAGALLIS MAS.



**D**vo sunt Anagallidis genera, quæ tantùm flore diftant. nam quæ cæruleo flore est, fœmina dicitur: mas quæ phœniceo. Frutices sunt parvi, in terra iacentes: folijs in quadrangulo caule pusillis. subrotundis, ad helixinæ folia accedentibus: femine rotundo. Vtraq; mitigandi tum habet, inflammation: in arcer, adactos corpori aculeos extrahit, nomas cohibet. Succus earum gargarizatus, capititis pituitam purgat: & naribus infusus, dolorem dentium lenit, si in aduersam narem iniiciatur: argemacum melle Attico emendat: retusiæ oculorum aciei auxiliatur: cõtra tiperarum morsus, iccinoris, & renum uitia, si ex uino bibatur, prodest. Tradunt eam, quæ cæruleum edit florem, prociudam sedẽ reprimere: quæ verò phœniceum, illitu euocare. † a

† a Addit. Cat.  
ἡν κρατὸς  
ἡστυοῖς οἰς  
σὲ αὐτὴ τὰ αὐ  
τὰ οἰσὸν ἀπα  
ρολλὰ κτλ. ἰ.  
Et Cræteas  
herbarius ca  
dẽ de eius na  
tura prodidit.

**A**nagallis tan mas quàm femina, quæ officinis vulgò Morsus gallinæ dicitur, notissima est. Ceterum planè, meo quidem iudicio, hallucinantur, qui Anagallidem eam esse plantam putant, quæ in Herbaria vernaculo nomine Centone vocatur, Infubribus verò Panarina. Nam hæc florem fert candidum, & caulem rotundum; Anagallidem verò

## ANAGALLIS FOEMINA.

